

tueretur. Admetus facti hoc commotus illico re-  
 conciliabatur, inq. pristinam assumebat amicitia-  
 am Themistoclem. Videtis, Auditores,  
 Themistoclem, sua spe & expectatione petum, ad  
 Molossorum Regem confugisse, puerum ejus com-  
 prendisse, comprehensumq. tunc tenuisse: donec  
 ab irato Rege, tanquam homo ab homine, & quidem  
 per & propter filium ejus, in gratiam rediret!  
 O quanto majoris vero aestimanda haec est gratia,  
 in quam per & propter unigenitum DEI filium, vera  
 fide apprehensum, a DEO Patre supplicis dudum  
 recepti sumus. Tanto videlicet majoris eadem gra-  
 tia est pretii: quanto certiores ejus sumus: quanto  
 & plus causa habemus: cur exultemus hodie, cur  
 tripudiemus. Merito enim id facimus vel pro-  
 pterea: quia omnia, quae a Regum Rege, DEO  
 ter O. M. Patre, in ejus dulcissimo sanctissimoq.  
 Domini nostri I. C. nomine rogamus, accipiemus.  
 Et quidni? acciperemus omnia, quae petimus? Ecce  
 enim, vel ipsa Scriptura attestante, justificati ex  
 fide pacem habemus cum DEO <sup>apud</sup> Dominum nostrum  
 I. C. Habemus, habemus videlicet pacem cum  
 DEO Patre per Dominum nostrum I. C. per quem  
 & fide adducti sumus in hanc gloriam: in qua  
 stamus, & gloriamur sub spe gloriae DEI.  
 Habemus & nos ipsi, verbis Apistola ad Hebraeos

Rom. V. 2.

Heb. IV. 15.

m. Ego vobis  
 em: quae tan-  
 parentum oia  
 at homines.  
 ter & expe-  
 um. Graciam  
 exulem sunt  
 factus,  
 am ab illo  
 ram enim  
 am de Pa-  
 ac invidia  
 anes deser-  
 Admetum,  
 itium erat,  
 les & La-  
 ris, & vel  
 in fuga  
 um, quam  
 uic se per-  
 ue inusitatis  
 Regis au-  
 neti am-  
 b filium  
 fidem se  
 nienses;